



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XCVIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, verzichtet zu Gunsten des h.
Geist-Hospitals zu Stendal auf Rechte in Ostheeren und Köthen, am 21.
Dezember 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XCVIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, verzichtet zu Gunsten des h. Geist-Hospitals zu Stendal auf Rechte in Ostheren und Kötthen, am 21. Dezember 1321.

In nomine Domini Amen. Nos Agnes, Dei gracia Brunswicensis Ducissa, recognoscimus tenore prefencium protestantes, quod, attendentes quam sit coram Domino acceptabile, indigentiis pauperum consulere opemque in refectioe pauperum facere, in salutem igitur animarum nostre nostrorumque progenitorum sexus utriusque dedimus in proprium et solempni donacione donamus domui sancti Spiritus intra muros Stendalienses, nec non hominibus inibi decumbentibus presentibus et futuris precariam denariorum et frumenti, censum quoque et serVICIUM curruum, et quodlibet aliud reale sive personale serVICIUM, cum primo et imo iudicio, super uno et dimidio choro siliginis de tribus mansis in Ostheren sitis et super uno choro siliginis de uno manso eciam in Ostheren, et super dimidio choro ibidem, nec non super duobus mansis in Kothene plena proprietate ac libertate temporibus perpetuis possidendum. Renunciavimusque dictis choris precarie, censuum, curruum serVICIO ac iudiciis, nec non omni iuri, quod nobis possit competere ex causa quacunque. Proinde ex parte dicte domus est nobis iuxta voluntatis nostre libitum plenarie satisfactum. Huius rei testes ad hoc vocati et rogati sunt Conradus de Osterborch, Gherardus de Kerkowe, milites nostri, Fritze de Vinzelberg, noster advocatus, Engelke Castell, Velko (Ruleko) de Bismarck, Berengarius et Godeschalcus de Yerchow, consules nostre civitatis Stendall, cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniti iussimus prefens scriptum. Tangermunde, Anno Domini MCCCXXI, die sancti Thome Apostoli, per manum Hermanni de Luchowe, nostri notarii.

Bedmann's Beschreib. a. a. D. Sp. 127 und 135. — Hist. Sammlung IV, 375.

XCIX. Die Stadt Stendal mit den rittermäßigen Einsassen der Mark schließt sich der Verbindung der übrigen Altmärkischen Städte und Territorien an, am 21. Dezember 1321.

In Nomine domini Amen. Nos Militares in Marchia, Scabini, Consules totaque vniuersitas Burgensium in Stendal coram omnibus prefencia visuris sive eciam ausculturis Recognoscimus publice profitentes, Quod cum honestis militaribus in aduocacia Saltwedel constitutis, necnon cum eadem Ciuitate Saltwedel et Militaribus in Territorio Gardelegghen ac eadem Ciuitate, necnon Reliquis Ciuitatibus, scilicet Tanghermunde, Osterburch, Sehufen, werben, atque cum omnibus Militaribus Territoriis in jam dictis commorantibus compromissimus et nostris iuramentis affirmauimus Sub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicumque in his nunc prefixis Ciuitatibus similiter et Territoriis per se vellet violenter esse iudex, recusans et rennuens nostra iura primordialia actenus vt ex nunc et ab antiquo preconseruata, volens manu et Intendens semper iudicare violenta, videlicet Rapinis, Incendiis, Captiuitatibus sive eciam aliis violenciis quibuscumque, debet esse proscriptus in cunctis Territoriis et Ciuitatibus jam quamsepius prenarratis. Ita quod ad compositionem vel gratiam non debeat Recipi, nisi fiat cum consensu prefixarum Ciuitatum nec